



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tionem eius aut scripturâ seu apochâ, aut
 5. testibus probandam: non ergo instru-
 mentum de substantia contractus. Vide
Hotom: Cuiac: cit Novel: 90.

5. Qua ratione, quo loco & tempore
 instrumenta edi debeant DD. fusè tra-
 dunt. Nos breviter dicimus: edenda in
 iudicio instar aliarum probationum, &
 quidem parte citata, ac post litem conte-
 statam: & nihilominus differunt à reli-
 quis probationib⁹ quoad productionem,
 quod produci possint instrumenta, non
 solum in termino probatorio seu intra
 terminum intra quem examinari debent
 testes, sed usq; conclusionem in causa. *cap:*
cum dilect: 9. & ibid: DD. h. t. Ratio quia in
 hac pductione, non subest metus subor-
 nationis, qui subest in testibus, nisi fortè
 Judex præscripserit certum tempus, intra
 quod instrumenta omnia edi debeant.

6. Post conclusionem verò in causa
 produci amplius non possunt, quia is est
 terminus exclusivus omnium probatio-
 num, cum factâ conclusione, de causa li-
 quere dicatur. juxta *Gl. in cap: significave-*
runt v. liquere Felin ibid: de testib: Sic etiam
 pro-

produci nequeunt quando renunciatio
 est omnibus probationibus. Hoc tamen
 fallit. 1. quoad Judicem, cui si placeat in-
 tegrum est conclusionem rescindere, &
 ulteriorem probationem partibus injun-
 gere. *cap. cum Ioan: 10. h. t. 2.* si producent
 instrumenta fidem iuramento faciat, et
 demum post conclusionem in causa re-
 perta esse. *cap. pastoralis de except: 3.* in cau-
 sa matrimonii, in qua sententia maxime
 contra matrimonium lata, nunquam tra-
 fit in rem iudicatam. *cap. lator. 7. jun. gl: de
 re jud:* Quando instrumentum non ad
 probandum, sed ad priores probationes
 declarandas profertur. 5. in criminali-
 bus, in quibus nunquam concluditur in
 causa quoad reum, idq; favore defensio-
 nis receptum est. 6. in causa appellationis
 possunt ea instrumenta produci, quib' in
 priori instantia obstabat conclusio, iuxta
L. per hanc DD. ibid: C. de tem. appell. 7. di-
 cta regula procedit in probationibus fa-
 cti, non juris: quia leges semper allegari
 possunt. 8. fallit eadem regula quoad re-
 cognitionem sigillorum. Deniq; si facta
 sit conclusio cum clausula *salva reproduc-*
tionem

etio
 D E
 ut
 Jam
 terd
 pro
 de ed
 resta
 ta ed
 men
 tit. 10
 si qui
 limit
 ture
 cus; e
 stric
 verb
 adm
 mina
 qui i
 ad ff.
 A

etione scripturarum. & alijs casibus. SUBIN-
 DE etiam citatio partis necessaria non est,
 ut cum instrumentum producitur ad so-
 lam instructionem Judicis. Similiter in-
 terdum etiam ante litem contestatam
 produci debent, de quo *L. 1. §. 1. & fin: ff.*
de edend: SCRVPVLVS hic resolvendus
 restat, an reus actori teneatur instrumen-
 ta edere, & quatenus tertio alicui instru-
 mentum edendum sit. Ad 1. Vide dicta
tit. 10. num: 2. ver. an si actor. Ad 2. vide *L.*
si quis ex argentarijs 6. §. unde apparet. Sed
 limitationes hæc lex admittit, quæ haben-
 tur ex *L. quadam. L. 2. C. de edendo. L. qui ac-*
cus: eodem. ADDO dictis instrumenta esse
 stricti juris, ac ideò interpretationem ex
 verbis eius desumendam esse, sed quem-
 admodum iis tantum prodest, qui ibi no-
 minantur, ita etiam non aliis obest, quàm
 qui in eo nominati sunt. Vide *Wesenbec:*
ad ff. h. t.

TITULUS XIV.

DE JURE IURANDO.

CASUS.

Alexander statuerat Lambacum
 diruere.